

Tido Heinrich Lith von der


**Monumentum Pietatis Quod Immortali atq Aeternae Memoriae Serenissimae at
Potentissimae Principis ac Dominae, Dominae Sophiae Charlottae, Reginae
Borussiae ... Ad d. XVIII. Iul. Anni h. MDCCV. Academiae Viadrinae Nomine
sacrum fecit Tido Henricus de Lith, Eloqu. Profess. Ordin.**

Francofurti ad Viadrum: Steppinus, 1705

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn829735070>

Druck Freier  Zugang





Zur Danksch.
Herrn v. ...

10
aufgegeben
Rei. Dr. ...

45
1-72
Rf-7538(1.) cum annexis.

MONUMENTUM PIETATIS

QUOD

IMMORTALI atq; ÆTERNÆ MEMORIÆ

SERENISSIMÆ atq; POTENTISSIMÆ

PRINCIPIS ac DOMINÆ,

DOMINÆ

SOPHIÆ CHARLOTTÆ,

REGINÆ BORUSSIÆ,

&c. &c. &c.

EX SERENISSIMORUM ELECTORUM HAN-

NOVERANORUM DUCUMq; LUNEBURGENSIIUM

INCLYTA STIRPE PROGNATÆ,

DOMINÆ atque PATRIÆ MATRIS

QUONDAM INDULGENTISSIMÆ

Ad d. XVIII. Jul. Anni h. MDCCV.

Academiae Viadrinae

Nominè sacrum fecit,

TIDO HENRICUS de LIHT,

Eloqv. Profess. Ordin.



Frankofurti ad Viadrum.

Literis excusum in Officinâ Typogr. Acad. Joh. Christophori Steppini.

MONUMENTUM PIETATIS

1700

IMMORTALI auct. AETERNAE MEMORIAE

SERENISSIMAE ac POTENTISSIMAE

PRINCIPIS ac DOMINAE

DOMINAE

SOPHIAE CHARLOTTAE

REGINAE BORUSSIAE

ac ac

EX SERENISSIMORUM ELECTORUM HAN-

NOVERANORUM DUCUM ac LUNEBURGENSIS

INCLYTA STIRPE PROGNATAE

DOMINAE ac PATRIAE MATRIS

QUONDAM INDUGENTISSIMAE

Ad a. XVII Jul. Anni h. MDCC

Academis Vindob.

Nominis sacrum fecit

TIDO HENRICUS de LIHT

Prof. Ordin. Elody.



Francisci de ...

Licentia excusum in Officina Typogr. Acad. Joh. Christoph. ...



Tuentibus nobis rerum
humanarum sortem atque con-
ditionem non iniqua, aut excu-
sanda saltem illa veterum de na-
turæ malignitate atque vitæ bre-
vitate querela videtur, quod in tam
exiguum tempus gignimur, quod hæc
dati nobis curriculi spatia tam velociter,
tam rapidè decurrunt, quod cum illa no-
xiis etiam animantibus tantum indulserit,
ut in plura secula durent, hominum ad
A tam

tam multa magnaque genitorum ætatem
tam angustis finibus atque terminis circum
scripserit. Sed cum regna interire, popu-
los gentesque cum Ducibus extingui suis,
regiones integras vel terræ motibus de-
hiscere, vel inundationibus absorberi, pro-
vincias everti funditus, ipsa oppida inter-
mori ac florentissimarum urbium cadave-
ra projecta jacere quotidie videamus, quæ
vel mole suâ immota ac inconcussa, vel na-
turâ ac duratione æterna vulgò creduntur,
tum verò privatorum certè hominum,
quorum vita, quàm illorum diuturnitas
brevior esse meritò debet, nulla hac in par-
te injuria est. At principum virorum
atque foeminarum funera tantò plerumq;
maturiora accerbioraque videntur, quò
diutius & interesse rebus humanis & juva-
re prolixius suorum commoda & stabilire
certiùs felicitatem publicam potuisse cre-
duntur; præsertim cum regum facta & im-
peria ad plurimos, finis verò obitusque ad
omnes pertineat. Non secus atque mi-
nores stellas & sydera sine communi aliquo
sensu pro vario cursu atque conversione
sua

sua eripi oculis nostris, ad majorum autem luminum defectum omnes ac singulos intentos defixosque hærere cernimus. Nulla non dicam privata, sed Regia etiam Principalisve domus in omni terrarum orbe fuit, quæ non suorum funera exequiasque viderit, ornamenta decoraque sua aliquando deplorarit extincta & levius graviusve doluerit, prout, vel capita ipsa familiæ, vel partem reliquam extulit. MATREM quidem PATRIÆ intemptivo occasu amittere altero illo columine salutis publicæ PATRIÆ PARENTE superstite, minus vulgò luctuosum atq; deplorandum ducitur, quod ab hoc ordo communis felicitatis maximè pendet. Verum nescio an non acerbior majorque is luctus sit, quod non tantum optimum quemque, sed ipsum etiam principem ille dolor afficit atque affligit, cuius moerore quotus quisque est, qui non magis quàm propriâ calamitate doleat atque commorreatur. Quam lugubre atque flebile majoribus nostris illud funus fuisse credimus, quo ALBERTUS Elector *Margaretham* Ba-

densam, *Jochimus II.* MAGDALE-
NAM Saxoniam, JOHANNES GE-
ORGIUS utramque Conjugem & SO-
PHIAM Lignicensem & SABINAM
Brandenburgensem omnes lætissima foe-
cunditate felicissimas Patriæ Matres, extu-
lerunt; Ex quarum posteritate illa æter-
na soboles Domus Brandenburgicæ pro-
gnata est, quæ hodiernum perstat Dei be-
neficio immortalis. Versatur adhuc in
animis vestris P. A. C., quorum ætas re-
motiora tempora attigit, ea hujus Acade-
miæ tristitia, quâ illa dejecta atque pro-
strata fuit, cum munificentissimus Mu-
sarum nostrarum locupletator Divus FRI-
DERICUS WILHELMUS MAGNUS,
Serenissimæ LUDOVICÆ HENRIET-
TÆ Arausionensis jacturam mortemque
doleret, cujus amissio irreparabilis futura
fuisset, nisi ex se natum nobis superstitem
reliquisset, AUGUSTUM REGEM, il-
lum Propugnatorem salutis, assertorem feli-
citatæ, Restauratorem tranquillitatis publi-
cæ, cui non Marchia solum, sed Germania
omnis quietem ac felicitatem suam impu-
tat.

tat. Quem cum in summum rerum hu-
manarum atque felicitatis fastigium di-
vina providentia evexit, eâ solâ parte
fecit infeliciorem, quod & primi Conjugii
Sociam *Serenissimam* ELISABETHAM
HENRIETTAM Hassiacam post
brevi temporis usuram præmaturâ morte
amisit, & AUGUSTAM nunc SOPHIAM
CHARLOTTAM ex inclyta Lunebur-
genſium Ducum Electorumque stirpe
oriundam, solam & Regno & thoro reper-
tam dignam deplorat ac luget. Est qui-
dem morti par omnis dies, nec illa
aut tempus, aut menses fatiſ princi-
pum distinguit, auget tamen dolorem,
quod quo tempore, mense ac ferè ipſo
die quondam FRIDERICI I. qui E-
lectorale sceptrum in Brandenburgicam
domum intulit, Conjux ELISABE-
THA BAVARICA, cui à venusta-
te corporis PULCHRÆ cognomen
inditum, primum in Marchiam deducta
finesque est ingressa nostros, eodem
REGINA, quæ PRIMA virtutibus
suis regium Decus meruit, extincta fini-
B taque

taque est. Adeo non olim tantum
FEBRUARIUS mensis *Serenissimæ*
Brandenburgicæ Domui fatalis ac o-
minosus fuit, & qui FRIDERICI II.
Electoris, & *Serenissimæ* conjugis CA-
THARINÆ Friderici Bellicosi Electoris
Saxoniae filiae, & MAGDALENÆ
Brandenburgicæ Joh. Georgii I. Saxonici
Conjugis obitu ater tristisque extitit, is
morte tam incomparabilis Reginae famo-
sus penè ac infamis factus est. Non
moror equidem illorum opinionem,
qui hybernos præcipuè menses Prin-
cipibus personis fatales periculososque
observant; Sive vi frigoris coguntur
in arctum vitales spiritus atque defi-
ciunt facilius, sive corpus caesarium
hominum tum injuriis temporis expo-
situm, morbis magis obnoxium, sive de-
nique tacitæ causæ atque providentiæ
divinæ destinationes hos casus regnis
imperiiisque pro lubitu immittunt.
Ut enim supervacuum, ita triste etiam
ac in magno dolore atque desiderio
luctuosius in causas mortis post obi-
tum

tum inquirere, aut exemplis majorum a-
liorumve luctum sua sponte satis gravem
quasi aciere atque incendere. Satis ab
illo acerbissimo AUGUSTÆ REGINÆ
fine usque ad illum diem, quo tristes
exuviae ejusdem compositæ sunt, tempo-
ris effluxit quo de jacturæ gravitate, af-
flictione Augusti Regis, damno & clade
provinciarum, communi bonorum omni-
um ægritudine & cogitare nobis & loqui
licuit, & tamen nemo fuit, qui magnitu-
dinem ejus calamitatis aut mente assequi,
aut oratione æquare potuerit. Certa-
runt in cohonestandis tantæ Heroinæ exe-
quiis, cives, incolæ artifices, regiones eti-
am atque provinciæ ipsæ & quotquot tam
Inclytæ Principis virtutes, vel cum viveret
admirati sunt, vel post fata etiam veneran-
tur & colunt. Hæ verò Musæ nostræ,
quæ apparatus funebrem, quem veteres
è Libitinæ templo petebant, in hoc fune-
stissimo casu ex se ipsæ sumunt, tardiùs
quidem religiosè tamen atque venerabun-
dæ ad tumulum defunctæ accedunt, non
ut præficarum instar lamententur muliebri-

9
ter ac doleant, sed ut dotes meritaque ejus
prædicent, memoriamque ejus quantum
in se est præstent immortalem.

Quod si unquam in ornandâ omnibus &
fortunæ & animi bonis PRINCIPE FOE-
MINA natura vires experta suas est, tum ve-
rò in DIVA REGINA consummatissimum
fastigii sui exemplum & nostræ ætati & sub-
sequuturis seculis proposuisse credenda
est, quam cum jam rebus humanis & impe-
rio Brandenburgico destinasset, fingeretq;
talem qualem postea exhibuit, id primum
dedit operam, ut ex ea domo nasceretur
quæ antiquitate atque gloriâ nulli in Ger-
mania secunda est, iis verò PARENTI-
BUS, quorum ALTER Electoralem pur-
puram in Domum suam intulit, *altera* ex
Regio sanguine oriunda Potentissimorum
Regnorum successioni destinata est, ita jam
tum omnia parantibus fatis, ut non tantum
in illâ, in quam transitura esset familiâ, u-
trumque & *Electorale* & *Regium* fastigium
teneret, sed & suæ antequam decederet *illud*
quidem jam quæsitum, *hoc* debitum læta-
retur. Quin ne illa bona, quorum miri-
ficus

ficus quidam concentus futurus erat di-
videre atque partiri aut postquam tam
incomparabilem Principem edidisset ex-
haustis jam viribus opibusque suis se-
cundam sui sexus atque minorem da-
ret, unicam tantorum parentum filiam
fecit. Stetit in educatione tam feli-
citer natæ magna cura Parentum, SE-
RENISSIMÆ præcipuè MATRIS, cui
pro illa sollicitudine perpetuâ ardentissi-
maque pietate in omni vita sua, cumula-
tissimam gratiam persolvit & reddi-
dit. Cum enim nos etiam in illa
imbecillitate primorum annorum ma-
terno plerumque magis auxilio, quam
genitorum operâ indigeamus, longè id ta-
men magis in principum foeminarum insti-
tutione certum firmumque est, quarum tene-
ræ adhuc, sed ad sublimia jam ipsâ naturâ
Duce effictæ mentes longè felicius mater-
nis exemplis ad illam dignam fastigio suo
majestatem, mixtam cum decore benigni-
tatem, omniaque ornamenta ejus fortu-
næ, quam aliorum præceptis formantur.
Nec unquam credo fortunatius cessit pa-
C ren-

rentum aliorumque hac in parte opera,
quam quæ in nostram collata fuit,
Adeò quippe illa cum vix duodecimum im-
plevisset annum omnes jam adultæ ma-
ximæque principis implebat numeros,
ut cum tum temporis unâ cum *Se-
renissima* MATRE in Gallias profecta
esset, quò *Serenissimas* materteras invise-
ret, omnibus & formæ decus, & digni-
tas corporis & ingenii prudentiæque
vis admirationi fuerit, quamvis illa na-
tio erga peregrina omnia, Germanica
in primis iniquior, vel odio nostri,
vel nimio amore sui esse soleat. In-
ter primæ juventutis rudimenta ma-
gna SERENISSIMORUM GENI-
TORUM sollicitudo circa sacrorum cu-
ram fuerat, ut verum De Deo sensum,
omnia Religionis Christianæ Principia,
quin illas etiam sententias & opiniones
exactè cognosceret, quæ non ipsa adeò
æterna salutis fundamenta involvunt
circa quas tamen non idem Evange-
licorum omnium sensus est, ut ipsa
aliquando ubi adolevisset eam amplecti
pos-

posset, ad quam ferri se conscientiae
mentisque persuasione sentiret. Itaque
permissu *Serenissimorum Parentum* an-
num agens quintum & decimum eam re-
ligionem professa fuit, cui Inclyta Ma-
ter addicta est, quamque ipsa in o-
mni vita deinde constantissime coluit.
Atque cum interea & antiqua illa BRAN-
DENBURGICÆ DOMUS cum
LUNEBURGENSIUM DUCUM
familiâ necessitudo novo foedere fir-
mata esset & de nuptiis secundis SE-
RENISSIMI tum PRINCIPIS E-
LECTORALIS deliberatio incide-
ret, quibus stabiliretur denuò fortuna
Domus, nec dignior illo Conjux SO-
PHIA CHARLOTTA LUNEBUR-
GICA reperiri, nec conventionum ini-
tarum vinculum ullum firmiter aut forti-
us esse posse videbatur, quam si auspi-
catisimo hoc connubio hæ inclytæ fami-
liæ rursus coalescerent. Ita ut nihil neq;
ad fortunam *utriusque Domus* publi-
cam neq; ad peculiarem etiam *Augusti*
Principis adjici posse visum sit, qui
C 2 duræ

duræ viduitatis tædia cum lætissimi Con-
jugii voluptate permutans, in consorti-
um societatemque vitæ Heroïnâ acci-
piebat, cujus formâ ad pulchritudinem
nihil absolutius, bona verò animi deco-
ræ juventæ respondebant. ILLA au-
tem ex quo à SERENISSIMO socero
primum excepta & quasi pars familiæ fa-
cta est, quem non ejus amorem, quam
existimationem humanitate atque affa-
bilitate suâ collegit, quanta in dignatione
apud propinquos, in veneratione apud
omnes fuit, cum singuli non dicam
anni, sed dies ad augendam publicam erga
eamdem pietatem aliquid contulerint. Ex
hoc quippe tempore in Aulâ Branden-
burgicâ velut theatro quodam patefacere
se atque prodere illæ virtutes dotesque
cæperunt, quas fama ante cognitâ aut
ad breve tempus tantum visas, tum quasi
penitus inspectas nemo sine summissis cultu
eò magis suspiciebat ac venerabatur, quod
tota ejus vita nihil aliud fuit, nisi per-
petuum aliquod & consummatissimum se-
xus sui exemplum ad præclarè honesteque
&

& cum dignitate vivendum. Crevit mox
& amor Parentum, & *Serenissimi* Mariti,
& spes subjectorum populorum cum
felici puerperio *Fridericum Augustum*<sup>Ann. 1685.
d. 6. Octobr.</sup>
enixa est, velut jam certo hærede & co-
lumine Domus edito; sed inter has ipsas
blanditias infestum ictum meditabatur.
fortuna, quæ illum ostendit modò terris
bonumque quod tanto ambitu dederat,
citò revocavit ad se. Nec melius illa
cum *Serenissima* Principe egisse videbatur,
cum illam spem novæ foecunditatis læ-
tissimæ, quam ad Aquas Carolinas profi-^{Ann. 1686.}
ciscens indubitata certamque omnibus
reliquerat, iterum tristi duroque casu in-
tercepit. Sed quemadmodum pridianæ
tempestatis memoria offendere animum
non solet, ubi clemens serenusque dies
successit, ita benignitas divina uno
puerperio utriusque infelicitatis usuram
abundè refarcivit. Abstulerat interea, tum
valetudinis jam labascentis, tum senectu-
tis, quæ ipsa morbus est, vis D. FRIDERI-<sup>Ann. 1688.
d. 29. April.</sup>
CUM WILHELMUM M. Principem
ut omnium suorum, sic propinquo-
D rum

Ann. 1788.
d. 4. Aug.

rum longè amantissimum, cum illa quæ jam successione *Serenissimi* Conjugis Patriæ Mater facta esset, talis etiam gignendo fieret, AUGUSTUM FRIDERICUM WILHELMUM enixa, qui propter illa vota, quæ antequam nasceretur, *Augustus Avus* Optimæ Matri moriens dederat, non aliter nisi feliciter nasci, & natus nisi fortunatò perennare potuit. Dedit illa tum in ista calamitate atque dolore publico & *Serenissimo* Marito, & patriæ ipsi in hoc charissimo pignore adversus incumbentis adhuc luctus impetum efficacissimum solatium, cum quantum in se fuit illis FRIDERICUM WILHELMUM reddidit in cujus personâ acquiescerent, avumque in Nepote lætarentur superstitem. Sed hæc felicitatis gloriæque argumenta ut ut perse ipsa illustria atque præclara sint, non tam ad ipsam quàm alios pertinere videntur. Virtutes enim, merita, dotes demum ejus fuisse & ex his verè de magnitudine atq; præstantiâ illius fieri judicium posse existimem, quarum tanta in illa omnium
con-

conspiratio atque societas, ut in ne-
mine major esse potuerit. Habet certè
BRANDENBURGICA DOMUS,
quod illâ non vulgari & paucis principali-
bus familiis propriâ felicitate glorie-
tur, quod cum per trecentos ferè jam
annos floruerit nullam principem, aut ge-
nuerit, aut aliunde assumserit, quæ à
majorum moribus degenerarit. Quod
in Illâ *Augustâ Conjugum Electora-*
lium serie, nulla aut imperiosa Tana-
quil aut ambitiosa Livia, aut impotens
Aprippina inventa fuerit. Adeò multis
principibus uxores inconsultiùs assumtæ
dedecori fuerunt, *illi* omnes rectorum
suorum conjunctiones in decus & gloriam
cesserunt. Quò certè magnis animis defle-
ctere facilius ad dominandi cupiditatem,
eò illustrior defunctæ gloria est, quæ ex
omni AUGUSTI MARITI fortunâ nihil
præter gaudium lætitiâque sibi vindica-
vit, non potentiam aut fastigium, sed i-
psam suspexit & quamvis si Regimi-
ni populorum destinata fuisset nulli prin-
cipum foeminarum concessura videatur,
D2 ita

ita se tamen in omni vita gessit, ut aut
ELECTRICEM aut REGINAM fuisset ne-
mò nisi benignitate sentiret aut splendore
ac majestate personæ cerneret, cum illam
AUGUSTO REGI placendi gloriam reli-
quis omnibus rebus anteferet. Neq; verò
hoc naturæ ingeniive timidioris, sed veræ
ac sui consciæ animi magnitudinis fuit,
quæ se ipsâ ac virtute sua contenta supra
illas magnæ fortunæ illecebras, quibus ir-
retiri multæ solent, posita, illis vel super-
federe facilè potuit, vel moderatè sapien-
terque usa est. Illud ipsum quod &
meruisse & augendam felicitatem unum
superesse videbatur *Regium fastigium*,
quanta mentis æquitate atque continen-
tia ab Augusto Coniuge delatum accepit,
adeò ut perinde, ac quondam cum
Patriæ *Serenissima Mater* primum fieret,
nihil ex pristina vitæ consuetudine aut
humanitate erga suos mutarit, sed quantò
supra ceteros divinæ providentiæ consilio
evehcta altius erat, tantò se magis i-
psa rursus demiserit. Restat certè in
animis omnium illorum quibus frui tan-
ta

ta principe quotidie, aut esse à ministeriis
ejusdem licuit illa inusitata indulgentiæ
bonitatis, comitatisque memoria, quâ
ita omnium animos fecit suos, ut nemo
eorum sit, qui non vitam pro salute ejus
pacisci optarit. Talis erga inferiores
cum fuerit facile inde judicatu est, qualem
se erga AUGUSTUM MARITUM gef-
ferit, cujus animus salutis publicæ procura-
tione illisq; Augustis curis fessus in ejus a-
more, affabilitate atque consuetudine
gratissimè conquievit. Nam & illam
immensam principalium negotiorum
molem mollire suavitate convictus, oc-
currere ejus desideriis, levare ingruentium
quandoque morborum molestias & in
partem quasi ægritudinis venire consue-
verat, quoties non nihil valetudo læde-
retur, cujus curandæ causa peregrè pro-
fectum* comitata constanter non semel
fuit. Recordamur adhuc non sine
quadam sollicitudine illorum periculo-
rum, quibus initio statim imperii *Se-
renissimus Elector* sanctissimum caput
objecit suum, cum non auspiciis tantum,
E sed

*Ann. 1687.
Ann. 92. Sc.
ad Aquas Ca-
rolinas.

sed ductu etiam imperioque suo Gallis
Rhenobergam, Cæsaris Insulam Aram-
que Ubiorum extorsit. Quo tempore
ut ad omnes de rerum successu, ac salu-
te Conjugis nuntios abesset propius, nec
aut desiderio langueret aut metu anxio
torqueretur, comes expeditionis atque
penè castrorum Coloniae Agrippinae
commorabatur, unde sæpè in ipsa
castra invisendi ejus causâ excurrebat,
& illos felicissimos armorum progres-
sus & triumphos, & *Augusti Mariti* glo-
riam in dies singulos crescentem oculis u-
surpabat. Quàm verò religiosè, quàm
ardenter incolumitatem ejus Deo com-
mendarit, si quando illum salus pro-
vinciarum aut alia rationes rerum sua-
rum aliò vocassent, illi optimi testes
sunt, quibus interesse sermonibus e-
jus vel propius familiaris que ad il-
lam accedere licuit. Et quæ alia il-
lustriora pietatis conjugalis documenta
atque indicia esse potuerunt, quàm illa
jam deficientis & moribundæ pia verba
quibus **AUGUSTO REGI felicissimum**
Impe.

Imperium apprecata, benevolentiam in se ejus atque amorem pietate plenissimis vocibus, quantum per imbecillitatem licebat, quin votis etiam precibusque prosequuta est. Cum quo Ejus in se affectu AUGUSTUS REX & in omni vita, & in hoc ipso tristissimo casu ita paria fecit, ut nemo in amantissimæ Conjugis obitu ac fine commotior esse, aut extinctam desiderare vehementius, aut elatam omnibus summæ venerationis, amoris, atque non interituræ unquam recordationis indicis effusius prosequi potuerit. Jam verò qualis Optimæ REGINÆ in SERENISSIMUM FRIDERICUM WILHELMUM affectus, quæ circa educationem ejus cura atque sollicitudo, quem cum teneriori adhuc ætate esset SERENISSIMÆ MATRI suæ commendatum in Aula Hannoveranâ sollicitè ali nutrique curavit, mox adultiorem factum in oculis ferè semper habuit, ut sub tam *Augusta tutela* rudimenta primæ pueritiæ poneret, donec ad illos annos pervenit,

venit, quibus artium scientiarumque
principe dignarum notitiã imbui cœpit.
Quanquam & illo omni tempore tantæ
Principis consuetudo illaque saluberrima
præcepta, ab amantissimã præsertim Ma-
tre profecta, non sine magna eviden-
tiq̃ue utilitate esse potuerunt. Ut æ-
ternum sanè etiam post funus ejus, hoc
meritum sit quod eo ipso non in nos
solum, sed posteros etiam & qui ex iis
nascentur, contulit, quibus ut quantum in
se esset consummatissimum in Serenissi-
mo filio Principem relinqueret, semper
studuit. Agnoscit *Ille* hanc providenti-
am AUGUSTÆ GENITRICIS eoq̃ue
acerbius dolet, quod pro tantis beneficiis
reddere illam, quam a se expectare ali-
quando potuisset, gratiam benè meritæ
aut saltem verbis morienti habere non li-
cuit. Quid de SERENISSIMA HAS-
SIÆ PRINCIPE dicam, quæ alteram
penè matrem amissam renovatumq̃ue
ex pristina jacturã vulnus luget, quod ut-
tum per ætatem satis non sensit, ita nunc
in uno funere bis quasi sentire visa est.
Taceo

Taceo illam omnem reliquam AU-
GUSTÆ BRANDENBURGICÆ
DOMUS Propaginem, quæ illi tam
chara amicaque fuit, ut non tam affini-
tate transisse in hanc familiam, quàm
in illa nata educataque fuisse visa sit.
SERENISSIMÆ verò DOMUS LU-
NEBURGICÆ ut hic mentionem fa-
ciam & AUGUSTÆ MATRIS justissi-
mus dolor & DIVÆ REGINÆ singula-
ris erga eandem in omni ætate ob-
servantia atque religio efficit, quam
tot invisendæ ejus causâ, tum post tri-
stem jacturam AUGUSTI PARENTIS,
tum aliis occasionibus, etiam difficilli-
mis anni temporibus, susceptæ peregri-
nationes declarant, omnium verò lucu-
lentissimè illud fatale & ultimum iter ejus-
dem testatur, quod contracta jam aliqua
infirmirate corporis, cum eâ de causâ
Magdeburgi substitisset, urgente quasi fa-
to continuasse videtur, ut illum divinum
spiritum quem ab illa acceperat, referret
in patriam & in amplexu suorum redderet.
In quo ultimo tempore ejus illa arctissima
F atque

atque indissolubilis amicitia & conjunctio præcipuè enituit, quæ inter illam & SERENISSIMOS FRATRES, SERENISSIMUM ELECTOREM HANNOVERANUM Ducemq; *Ernestum Augustum* à prima juventute intercessit, in quorum amplexibus illa deficiens, non tam mortua, quàm finita coelo debitam animam efflavit. Felicem illam tanta suorum omnium in se propensione & affectu, felicem subjectorum pietate, felicem exterorum non tantum populorum, sed Regum etiam principumq; de ejus perfectione atque præstantia judicio atque elogiis.

Admirati sunt omnes præter illas, quas jam diximus dotes inusitatam eloquii suavitatem & supra imbecillitatem sexus sui peregrinarum linguarum exactissimam notitiam non tantum, sed usum tam promptum ac facilem, ut non de rebus quotidianis, sed ipsis abstrusissimis scientiarum plerarūq; principiis inusitata facilitate quoties vellet loqueretur, sive illa ad investigationem rerum natura-

li-

lium, siue cognitionem sui ipsius, virtutum
vitiorumque naturam & omnem denique
philosophiam pertinerent, cujus tantam
sibi assiduâ continuaque lectione cog-
nitionem paraverat, ut nihil non dicam
ex recentioribus, sed illis antiquis etiam
Senecæ, Platonis aliorumque scriptis ef-
set, quod ita non teneret memoriâ, ut in-
dè velut ex thesauro quodcunque vellet
promeret, quoties cum eruditissimis
viris sermones sereret. Illam sci-
licet ejus partem præcipuè amabat,
non quæ circa inanes subtiles ac oti-
osas quæstiones versatur, sed quæ ho-
minum vitam moderatur ac regit, quæ
affectus domat atque coercet, quæ odia
vitiorum, virtutum amorem inculcat,
& insigni cum voluptate ac delectati-
one illas varias veterum de Deo,
de uno eodemque summo bono, de ho-
nesti turpisque ratione, de immortalitate
animorum opiniones perpendebat atque
ad verbi Divini religionisque Christia-
næ normam exigebat. Sed dum
hic de illa inusitatâ in ejus sexus &

tanti fastigii Principe philosophiæ scientia loquor, adducit me quasi ipse ordo rerum, ut de pietate ejus, constantiâ & erga Deum submissione pauca commemorem, ut quemadmodum primam vitæ partem illius studiis datam diximus, ita ultimam etiam plenam sanctitatis & fiduciæ fuisse constet, quam in benignitate divina positam collocatamq; habuit. Puram, castam integramq; mentem & innocentiam vitæ Deum immortalem omnibus verborum lenociniis compositisque ad ostentationem moribus anteferre, non modò Christianorum, sed ipsorum jam ethnicorum persuasio fuit, cum tacitè etiam precantium vota Deus nonnunquam benignius audiat, quàm multo apparatu & sui securâ fiducia supplicantium voces. Quare quò altiùs infixâ animo ejus Divini Numinis reverentia fuit, eò sincerius illud toto pectore ac mente coluit, licet non semper id operosè agere videri vellet, & quò inimicior adulationi omni erat, eò graviùs peccare illos existimabat, qui oblitum

cum

cum illo se agere, qui omnia animorum
sensa tam manifestus ac præsens ac cœ-
lum & sydera cernit, simulatæ tantum
externæq; ut plurimum pietatis signis eum
rerum omnium authorem venerantur.
Quàm certè pia, quàm memor Crea-
toris sui, quàm ubiq; observans præcepto-
rum Christianæ religionis semper fuerit,
virtutes ejus, opera, factaq; loqvun-
tur. Quem illa egenorum, exulum, mise-
rorum non prolixissimè quantum in se fuit
adjuvit, cujus non commoda liberaliter
promovit, necessitatibus ita subvenit, ut
sæpius pro illorum indigentia apud *Au-
gustum Conjugem* intercesserit, multa
eis ex suis etiam redditibus dederit, ne-
minem unquam tristem aut inopem à
sediscedere passa sit. Quantum illud
quod nihil iracundiæ in se aut suos
unquam permisit durius, cujus in tan-
to fastigio collocatis eò major ansa
est, quò plus nocendi & facultas &
occafio; quantum quod nemo ejus
unquam potentiam nisi accessione for-
tunæ suæ aut levatione calamitatis sen-
G sit;

fit; Quod, etsi in eo esset collocata fastigio, ut lædi invita non posse videretur, si quid tamen esset, quod aliter factum maluisset ita tulit, ut à privata ferri moderatius non potuerit. Suorum casus quoties illos vidit, vidit autem & *Serenissimum patrem, & socerum, & fratres, & filium* etiam extinctos tanto animo excepit, ut acquiescere penitus in divinâ voluntate ejusque arbitrio videretur. Quò confidentius his suorum exemplis quasi præmonita quid sibi accidere posset, cum se quoque jam in illud beatissimarum animarum consortium vocari sentiret, jussa creatoris sui & imperia sequi potuit. Quàm sæpè certè de morte illoque ultimo mortalium fine, cujus meditatio in tam magnâ fortuna principum, tum ob impedimenta continua, tum illas ipsas fastigii ejus illecebras, apud nonnullos rarior esse solet, florentissimis rebus suis, viribus integris, valetudine secunda cogitaverit documentum nullum esse, aut certius aut illustrius, potest illâ ultima voluntate ejus in quâ anno jam præteriti seculi, se-

secundo & nonagesimo consignata, postquam de rebus suis aliisque quæ fieri, si quid ipsi contingeret, post mortem suam vellet multa ordinasset, inter evidentissimas ardentis & non fucatae pietatis in Deum & Christiani amoris erga suos significationes, ultima illa verba præscripsit, quibus in concione ecclesiae Christianae parentari sibi voluit. Fuit illa quidem in omni vita ab inani cupiditate laudis remotissima, ita ut illas voces, quibus admiratio virtutum ejus admixta esset vix ferre posset, malletque laudanda facere, quam eorum, quæ fecisset elogia atque præconia audire. Sed non de erunt, qui tantæ REGINÆ memoriam posteris commendent, qui quanto illa viva in audiendis laudibus suis fuit parcior, tanto mortuæ virtutes dignius celebrent, qui quæ nos hic ex illa immensa meritorum atque dotum copia quasi delibavimus tantum atque attigimus, ea dignâ tam incomparabili principe facundiâ, digno dicendi genere singula persequantur. Videntur interea fuisse hæc decora, quæ nobis

unâ cum ILLA erepta dolemus, videntur
magno generis humani, magno orbis
damno extincta. Verum quemadmodum
Lunæ ad solem accessus interjectu suo te-
nuissimum quidem lumen facit, aut cum
terrarum orbi ostenditur, illud planè in
ferioribus negat, cœlotamen splendorem,
quem inde accepit, refundit: Non se-
cus AUGUSTAM SOPHIAM
CHARLOTTAM nobis ereptam,
sed vindicatam jam superis æterna il-
la luce frui, virtutibusque illic cor-
ruscare suis credimus, ut non imme-
ritò illud Claudiani nobis liceat nostrum
facere, quod in exequiis REGLÆ MA-
TRIS Ducis Sabaudiaë quondam *lunæ*
globo inter cælum terrasque medio ad-
ditum fuit. Cæloque datur quod de-
mitur orbi. Corpus quidem & quic-
quid terreni adhuc superfuit terræ re-
lictum, ille coelestis autem spiritus in
illam sedem emigravit unde descende-
rat. Sic scilicet ipsa etiam sydera stel-
lasque, quæ æternis vorticibus torquen-
tur, si quid impuri aut terreni fortè hau-
riunt,

riunt, illud ejaculantur velociter atque demittunt in terram, ita ut ipsa cecidisse videantur, licet perstent immota atque perdurent. Non ergo tam finita AUGUSTAPATRIÆ MATER censenda est, sed superesse etiam illustrior atque beatior illis asserta locis, quæ felicissimas tantum animas capiunt, unde velut ex alto res humanas despicit.

Ut ut verò sit, dura conditio illorum, quibus tantæ REGINÆ desiderium relictum est. Stat adhuc illa jacturâ attonitus Optimus PATRIÆ PARENS & cum quid amiserit cogitat, quid in ipsis reliquiis possit metuere admonitus, etiam de doloris sui solatiis timet. Sed non tam sperandum quam planè confidendum post tam acerbum luctum atque calamitatem multa providisse divinam benignitatem, quibus hanc, quam inflixit cladem, resarciat, quæ ut hoc ipsum quod abstulit, dedit, ita multa datura est, quibus jacturæ acerbicatem vel leniat ac mitiget, vel etiam, si modo fieri potest, oblitteret. Quid

H

in-

interim REX AUGUSTE, credimus illos
beatissimos manes, si aut ipsi solarimœro-
rem tuum, aut sine damno vel tantil-
lum carere illa æterna voluptate possent
coram rogaturos, nisi ut modum dolori
Tuo ponas, ut curam illius pretiosissimi
communisque pignoris suscipias, quod
illa Tibi reliquit, ut Te Tibi, ut Te
illi serves, in illum amorem omnem,
quem vivæ exhibuisti transferas. Equi-
dem si agricola everfis arboribus, quas
aut ventus radicitus evulsit, aut inopinus
turbo perfregit sobolem ex illis residuam
fovet assiduè, amissarum semina plantas-
que disponit, illæque amissis adolescere
feliciter solent, quod ut in damna, sic
in incrementa etiam rapidum veloxque
tempus est, ominamur fore ut illud In-
clytum germen, quod ex tanta Regina
superstes est, tanto lætioribus auctibus
illam aliquando *Augustam Familiam* dif-
fundat & imperium, cuius caput alterum
deletum extinctumque deflemus, dila-
tet. Te verò *Principum Optime, Re-
gum Consummatissime*, qui publicum
omni-

omnium solatium, perfugium ac columenes DEUS Immortalis efficacissime soletur, animumque indies obfirmet magis ut qui pietatem semper cultumque erga se Tuum Benignissimis successibus excepit, is hanc cladem multiplici foenore reponat. Interim quemadmodum Theseum quondam cum post Ægei patris obitum Oscophoria Atheniensium celebraret, iussisse ferunt ut lugubres voces lætis acclamationibus miscerent, quò eodem temporis momento Athenienses & patris mortalitatem deflerent, & suæ gratularentur inaugurationi; Ita patere Domine, ut post hoc funebre carmen auspiciatissimum Natalem, Tuum qui non ita pridem lætioribus jam avibus rediit, publico nomine submissè Tibi gratuler, atque fausta feliciaque verba tristibus misceam, & pia vota nuncupem.

Te ergò iterum iterumque rogamus æterne ac omnipotens rerum humanarum moderator, pone modum iræ in nos Tuæ, ac si duriora meruimus, cohibe precamur illam vindicem ultricem-

H₂

que

que manum tuam atque fac ut ab hac
die lætiora AUGUSTÆ DOMUI
BRANDENBURGICÆ fata denuò cur-
rant. Fac nunquam hæc lux cum redie-
rit, tam tristem, tam lugubrem Aulæ ap-
paratum videat, quàm nunc, ubi præte-
riit reliquit. Adjice AUGUSTO PA-
TRIAE PATRI illos annos quos AU-
GUSTA superesse potuisset, aut quando
Tuum est sine cujusquam dispendio
atque damno largiri aliis quæcunque
destinas, etiam plures longissimæ vitæ e-
jusdem adde. Commoda nobis diutissi-
mè illas inæstimabiles reliquias defunctæ,
Imaginem Utriusq; Parentis, Amorem Po-
puli atque Exercituum, spem Gentium,
columnam Imperii Brandenburgici, sola-
tium ac Delicium Regis, FRIDERICUM
WILHELMUM, ut omnia & SERENISSI-
MI Avijam antequam nasceretur nūcupa-
ta vota, & illa ultima *Augustæ Matris* quæ
tenerrimæ pietatis & affectus documenta
fuerunt, & *Augusti Parentis*, quæ quotidie
nuncupat, abundè aliquando impleat.
Quem enim existimabimus nostrum
sup sH omni-

omnium esse , qui consummatius aut
dignius quicquam illi vovere possit, quam
ii qui & merita ejus agnoverunt & quid
fastigio conveniat optimè norunt. Fac
denique clemens ac bonus, ut superstitie
ac Incolumi omni BRANDENBUR-
GICA GENTE SERENISSIMIS-
QUE ejusdem FAMILIIS nemo un-
quam nostrum, qui hæc apud Te vota
subsignamus tam tristem lugubremque
diem rursus videat, quàm ille fuit cujus
acerbissimam recordationem hæc ipsa
Lux revocavit.

D I X I.




omnium esse, qui continentur aut
dignus quicquam illi vovere possit quam
ii qui & merita eius agnoverunt & quid
fastigio conveniat optime norunt. Fac
denique clemens ac bonus, ut iustissime
ac Iacobi omni BRANDENBUR-
GICA GENTE SERENISSIMIS-
QUE ejusdem FAMILIIS nemo in-
quam nostrum, qui hac apud Te vota
subligantur tam cristen lugubremque
diem rursus videat, quam ille fuit cujus
acerbissimam recordationem hac ipsa
Lux revocavit.

D A X I



17. Apr. 1955

28. Mai 1956



de manu cytharam, jures Helicone creatam.

Dianam lateri juncta pharetra facit.

genii & formae referam quid munera? nostro

Non sunt, pro meritis, haec referenda sono.
omnia verum uno liceat comprehendere verbo:

Ingens ut Mater, talis & Illa fuit,
later, Cui Divum genetrix Berecynthia cedit:

Cum tulit Hanc, cunctas protulit Illa Deas.
haec sed foeminei periit nunc gloria sexus;

Cogimur & nunc hoc dicere triste: fuit!

Ile oris splendor, oculisque afflata venustas,
Majestas vultus & veneranda, fuit!

Patriae falsas in lumina lymphas
, &, heu! partem plorat abesse Sui.

Regem moeror nunc vincit acerbus.

nitò in lacrymas, Rex FRIDERICE, pias!

or pompae, monumenta, & nobile marmor,

na vix Phariis conspiciuntur agris,

Summe, Tui praegrandia signa doloris:

et perfectos sic pietas numeros.

axis Carum regina mariti

ndit nomen secla per ampla sui.

ta Tuae statuis monumenta Maritae:

ngui Lethes flumine nescit amor)

rgensi, Conjux quam condidit, arcu

ris iam de nomine nomen erit.

mus alta fuit tantum, nunc crescit in urbem,

nae ut tantae nomine digna foret.

ni non sterilis conjunxit foedere lecti,

exoptata Prole beavit amor.

nae gentes, & quicquid in orbe Boruffo est

mit, ut queritur Daulias ales Ityn.

& lacrymis Spraeae quoque crescere flumen,

folitus lymphas alveus ipse tenet.

ta, ob funus tantum, dirumpit amictus,

betus & pulcrum est vellere caesariem:

tu, Quam fovi, clamat, tradenda sepulcro est!

ra negat moeror, corde tremente, loqui.

e flete o terrae, cum lumine vestro

tarunt nentes invida busta Deae!

Sed

